



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

7. Adoptio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

De Adoptione.

5

ferendum reo in causis coniugalibus , lib. 7.
disp. 113. num. 28.

13. Actus coniugalis in gratia exercitus,
debitisq; circumstantijs vestitus est merito-
rius , & confert gratiam ex opere operantis
tantum, lib. 9. disp. 1. num. 3.

Adoptio.

1. Adoptionis Iurisperitorum diffinitio
sic est, sc. actus legitimus, per quem fit filius,
aut nepos, qui non est penè naturam imitans;
Theologorum verò alia est, sc. Extraneæ per-
sonæ in filium vel nepotem, vel deinceps legi-
tima assumptio. Et est duplex quædam perfe-
cta , per quam adoptatus trāfit in potestatem
adoptantis, & illi succedit, & dicitur arroga-
tio. Altera imperfecta , quæ dicitur simplex
adoptio , per quam non transit adoptatus in
potestatem adoptantis, lib. 7. disp. 63. nu. 1. & 2.

2. Adoptatus per adoptionem simplicem
non est hæres necessarius ex testamento , be-
nè ab intestato : per arrogationem verò est
necessarius hæres ab intestato, & ex testamēto
in quarta bonorum parte: itē adoptari potest,
qui non est sui iuris, arrogari verò minimè: itē
adoptio potest fieri auctoritate iudicis cōpe-
tentis, arrogatio verò sola principis auctor-
itate , & arrogater tenetur satidare de resti-
tuendis bonis arrogati illis personis, ad quas
essent perueniunt. Item in adoptione non re-
quiritur verbum utriusque expressum: secus
in arrogatione, ibid. num. 2.

A 3 1 Ad-

3. Adoptans debet esse sui iuris, maior 25.
annis, in arrogante verò requiruntur anni 40.
&, si habeat minus, non potest arrogare: item
in adoptante requiritur possiblitas ad gene-
randum, vel si non possit, id non sit ex defectu
naturali, sed ex casu accidentario: item debet
adoptans excedere adoptatum aetate 18., an-
norum: item sacerdos potest adoptare, & mu-
lier ex priuilegio principis, *ibid. nū. 3.*

4. Adoptio soluitur sex modis: primò na-
turali morte adoptantis, 2. morte eius ciuili,
3. ob nupsias incestuosas, 4. ob dignitatem e-
piscopalem, 5. per sententiam, 6. per emanci-
pationem, *ibid. num. 4.*

Adulter, & Adulterium.

1. Adulter potest petere debitum ab uxore,
etiam exigere, dum alter ignorat eius adulte-
rium, vel suspicatur leuibus indicijs. Est autē
exigere, petere rem debitam, & importat coa-
ctionem: petere autem minimè, petimus enim
etiam gratis concedenda, *lib. 10. disp. 1. num. 2.*
4. & 5.

2. Adulterium est alieni thori violatio, &
vt fornicatio admissa post sponsalia de futuro:
non est adulterium, mutat tamen peccati spe-
ciem, dum ultra fornicationem est iniustitia
aduersa sponsalium fidei, & est necessariò con-
fitenda solum ex parte sponsæ de futuro, ex
parte vero sponsi minimè, *lib. 1. disp. 2. n. 2. 3. 4.*
& 7. Et filij concepti ex tali fornicatione sunt
naturales, *ibid. nū. 8.* Item non cessat ratio a-
dulce-